



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ITINERARI[I] || ITALIAE || RERVMQ. ROMANARVM || LIBRI
TRES ||**

Schottus, Franciscus

Antverpiae, 1600

Officia Palatina, & Collegia, ac Seminaria à Pontificibus instituta. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70633)

S. THEODORVS, sub monte Palatino: olim Romuli & Remi: vel, ut alij, Panos Lyxi.

S. TRINITATIS, in colle Hortulorum. Exstructum à Gallorum Rege IIII. Sodalium est Minimorum, & ferè Gallorum: sacella picturis partim coloratis, partim auratis ornata: In his Rodolphi Pij Card. Carpensis, & Lucretiæ Rueræ Iulij II. Pontif. sororis filix. Ad Aram summam M. Antonij Mureti, viri doctissimi, & Eloquentiæ doctoris Romæ & Venetiis annos XXI. Tumulus conspicitur: qui & pecunia cœnobium iouit. Item Francisci Franchini Cosentini, Massæ Populoniæ (ut titulus habet) Episcopi, prudentis, acrisque viri, ac venusti poetæ.

S. TROPHO, apud S. Augustinum.

S. VALENTINVS, in circo Flaminio.

S. VALENTINIANVS, in via Flaminia.

S. VITALIS, in colle Quirinali. Hodie Societatis IESV Sacerdotibus eius commissa administratio.

S. VITVS, in regione Pontis.

S. VIVIANA:

S. XYSTVS, al. SIXTVS.

PONTIFICII PALATII
OFFICIA ET COLLEGIA.

CAP. VI.

OFFICIA & Ministeria Pontificis multa sunt, & superat illius aulæ Magnificentia omnes Christianorum Principum, & tanta eius est obseruantia, ut ne Cardinales quidem, qui dignitate Regibus comparantur, vrbe exeant, nisi perita, & habita licentia. Horum in Vrbe

H 4

semper

semper ad minus XL. si non L. sunt. Omnes
verò meo tempore LXXII. interdum plus mi-
nusque iuxta Pontificis Max. arbitrium & crea-
tionem. Archiepiscopi dein plurimi, & Episco-
porum magnus numerus.

In familia Pontificis.

Auditores Rotæ, seu Pontificij iudices	XII.
Clerici Cameræ	VII.
Thesaurarius	I.
Auditor Cameræ	I.
Regens Cancellariæ	I.
Protonotarij Apostolici	VII.
Subdiaconi	VI.
Acolyti	VIII.
Secretarij Apostolici	VIII.
Corrector Cancellariæ	I.
Summista	I.
De consuetis	I.
Abbreuiatores maiores	XII.
Abbreuiatores minores	VI.
Custos Cancellariæ	I.
Secretarius Secularum	I.
Hostiarius Cancellariæ	I.
Scriptores Apostolici	CI.
Cubicularij Apostolici	LX.
Scutiferi vel dapiferi Apostolici	CXL.
Milites S. Petri	CCCC.
Milites S. Pauli.	CC.
Scriptores Brevium	LXXII.
Procuratores pœnitentiariæ	XXIV.
Scriptores pœnitentiariæ	XXVIII.
Collectores plumbi	CIV.
Correctores pœnitentiariæ	II.
Sollicitatores de Ianizeris	C.
Collectores Archiuuj	X.
Scriptores Archiuuj	X.
Magistri plumbi	III.
	Se.

ADMIRANDA.

177

Secretarij bullarum salariatarum	VIII.
Registratores bullarum earundem	III.
Magistri registrarum bullarum	III.
Auditores Contradictarum	XIII.
Magistri Supplicationum.	III.
Clerici registri supplicationum	VI.
Notarij Camerae Apostolicæ	IX.
Scriptores registri Supplicationum	XX.
Notarij Auditoris Camerae	X.
Notarij Rotæ	XLVIII.
Notarij Vicarij Papæ	III.
Notarij gubernatoris ciuilis	II.
Notarius maleficiorum	I.
Notarius Cancellariæ	I.
Præsidentes Ripæ	CXLI.
Portionarij	DCXII.
Cursores	XIX.
Seruitores armorum	XXIV.
Virgæ rubæ	XVI.
Catenæ sacri Palatij	LXII.
Portæ ferreæ	XXVI.
Equites leuis armaturæ communiter c. vel cc.	ccc.
Bombardarij milites vel Sclopetarij	ccc.
Heluetij custodientes portas palatij Pontificis & quotidianas excubias agentes cc. inter- du metiam	ccc.

XIX SEMINARIA, ET COL

LEGIA NATIONVM OMNIYM A
GREGORIO XII. PONT. MAX.
*magno Ecclesia Catholica commo-
do ROMAE instituta.*

C A P. V I.

I. COLLEGIUM Societatis IESV, quo cc.
aluntur, docenturque artes omnes futuro Theo-
logo ac Sacerdoti necessariae.

H 5

2. GER.

2. GERMANICAE GENTIS alumnorum Pontific. anno II.
3. NEOPHYTORVM ex Hebræorum filiis. anno Pont. v.
3. ANGLORVM, qui ob fidem Catholicam pueri parentes, patriamque liquere. Pont. an. v.
4. GRAECORVM alumnorum Collegium, Catholicæ fidei propagandæ: templumque constructum. Pont. an. VI.
5. MARONITARVM è monte Libano Seminarium.
6. ILLYRICORVM Seminarium Laureti, post Romam translati sunt: Pontific. anno. VIII.
7. VIENNENSE, in Austria.
8. PRAGENSE, in Bohemia.
9. GRAECENSE, in Styria.
10. OLMVCENSE, in Maravia.
11. BRANSPERGENSE, in Prussia.
12. MVSIPONTANVM, in Lotharingia.
13. VILNENSE, in Lituania.
14. CLAVDIOPOLITANVM.
15. FVNAENSE Collegium in Iapone.
16. Vsaquiensis domus probationis Societatis IESV, in Iapone.
17. ARIMAENSE Seminarium in Iapone.
18. ANZVCHIXAMENE Seminarium in Iapone.
19. FULDENSE Seminarium in Hassia. Pontif. anno XIII.

} Pont.
an. IX.

} Pontificatus
anno XI.

D. E.